



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXV. Ioannis Papae VIII. Ad Bernardvm Comitem. Iubet vt ipse cum aliis quibusdam ad Synodum veniat, in qua Frotarius Bituricensis episcopus de obiecto sibi infidelitatis crimine purgare se ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXIV.
 IOANNIS PAPÆ VIII.
 AD VALDERAMVM.

Monet vt Valderami causam ad exitum perducatur, vel ad se remittat.

Valderamo venerabili.

PRÆSENTIVM lator literarum nomine Valderamus, ad vestram fraternitatem coram nobis veniens lacrymabiliter questus est, patrem suum a quodam iniuste carceris custodia teneri detrusum intra parochiam vestram. Quapropter tuæ fraternitati auctoritate nostri apostolatus iubemus, attentius prædicti genitoris causam sacerdotali succinctus vigore inquirere, eique finem, legaliterque terminum dare, si negotii status inambiguus a futuris prospicitur. Quod si anceps vestro fuerit visa libramini, vtraque partes suis allegationibus instructas venire in præsentiam nostram omnino mature mandamus. Data vt supra.

EPISTOLA CXV.
 IOANNIS PAPÆ VIII.
 AD BERNARDVM COMITEM.

Iubet vt ipse cum aliis quibusdam ad Synodum veniat, in qua Frotarius Bituricensis episcopus de obiecto sibi infidelitatis crimine purgare se volebat.

Bernardo comiti.

RELATV videlicet hominis pontificio nostro nuntiatum est quod Frotarius venerabilis episcopus ciuitatem Biturigam inimicis vestri senioris domini Ludouici gloriosi regis tradere maluerit: ideo illuc ipse contendere studueras. Ecce enim idem iam dictus episcopus nobis, nostro & filio præfato regi gloriosissimo, super hoc reclamare studuit, dicens se velle in omnibus tibi & tuis de vniuersis obiectis contra tui & sui senioris infidelitatem, iustitiam facere. Quapropter hortantes mittimus, apostolicaque auctoritate iubemus, vt ad hoc placitum, ad huncque

conuentum præſentialiter venire fatagas, adducens tecum Girardum vicecomitem, Umbertum, Aguarum, In- gelbertum, ſuper quos ipſe reſclamat: quatenus nunc co- ram nobis, & coram ſæpe dicto glorioſo rege, tam cano- nica cenſura, quamque humanæ legis ſancitu, inter vos, quidquid contra fas & ius factum fuerit, nihilo minus finia- tur. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVIBBODVM EPISCOPVM.

Commendat illius fidem. hortatur vt legatum mittat antequam cum Carolomanno in collo- quium veniat, cui eum quoque intereſſe iubet.

Reuerendiſſimo & ſantiſſimo Vvibbodo venerabili epiſcopo.

IN lectione literarum veſtrarum, & in relatu earum ge- ruli hominis veſtri, vos deuotiſſimos, & vt ſemper, no- ui fidiffimos; pro quibus vobis gratias agimus, & Deo auxiliante retribuemus. Interea monentes hortamur vt coeptum perficias, & antequam Carolomannum alloqua- mur veſtrum legatum cum literis mittere fatagas, & in colloquio vbi fueris, tua præſentia eſſe ſtudeat. Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere, maxime in hoc. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM REGEM.

Agit gratias de obſeruantia erga Romanam eccleſiam. mi- ratur quod ad ſe legatos non miſerit. rogat vt ante colloquium, quod cum Ludouico rege habiturus eſt, aut ipſe veniat, aut legatos mittat.

Dilecto filio Carolo glorioſo regi.

QUOD pro pace & vnitae ſanctarum Dei eccleſia- rum, omniumque Chriſtianorum in priore epiſtola, quam veſtræ miſimus dilectioni, ſignificauimus, gloriae